Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



L.m.

quia homo austerus es: tollis quod non po suisti et metis quod non seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico serue nequam. Habebas quod homo austerus sum: tol lens quod non posui: et metens quod non seminaui: et quare non dedi sti pecuniam meam ad mensam: et ego venens cum vsuris utique exigissem illam. Et astantibus dixit. Auferte ab illo minam: et date illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei. Domine: habet decem minas. Dico autem vobis: quia omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet: et quod habet auferetur ab eo. Lucas.

In illo te. D. i. d. s.

Nemo accendit lucernam et in abscondito ponit: neque sub modio sed super candelabrum: ut qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est tenebre sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit: non habens aliquam partem tenebrosam erit lucidum to